UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Sōkratus Scholastiku Kai Ermeiu Sozomenu Ekklēsiastikē Istoria

Socrates <Scholasticus>

Mogvntiae, 1677

XXIX. De Damaso Romano Episcopo & Ursino: & quomodo seditione Romae propter illos factâ, plurimi interfecti sunt.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14233

Visual Library

A

Κεφ. κθ'.

Περὶ δαμάσου τοῦ ῥώμης, καὶ οὐρσίνου· ὅπως δι' αὐτοὺς ταραχῆς καὶ στάσεως ἐν ῥώμῃ γινομένης, φόνος πολὺς ἐπηκολούθησεν.

Τοῦ γὰρ βασιλέως οὐαλεντινιανοῦ ἡσύχως διάγοντος, καὶ οὐδεμίαν σκύλλοντος αἵρεσιν, δάμασος μετὰ λιβέριον τὴν τῆς ἐπισκοπῆς ἱερωσύνην ἐν τῇ ῥώμῃ ἐδέξατο· ἐφ' οὗ συνέβη ταραχθῆναι τὴν ἐν ῥώμῃ ἐκκλησίαν, διὰ τοιαύτην αἰτίαν· οὐρσῖνός τις τῆς αὐτῆς ἐκκλησίας διάκονος, ὑπόψηφος γέγονεν, ἡνίκα ἡ ἐκλογὴ τοῦ ἐπισκόπου ἐγίνετο· ἐπεὶ οὖν προεκρίθη δάμασος, μὴ φέρων ὁ οὐρσῖνος τὴν τῆς ἐλπίδος ἀποτυχίαν, παρασυνάξαι τῇ ἐκκλησίᾳ ἐσπούδασε· καὶ πείθει τινὰς ἀσήμους ἐπισκόπους, ἐν παραβύστῳ χειροτονῆσαι αὐτόν· καὶ χειροτονεῖται οὐκ ἐν ἐκκλησίᾳ, ἀλλ' ἐν ἀποκρύφῳ τόπῳ τῆς βασιλικῆς, τῆς ἐπικαλουμένης σικίνης· τούτου δὴ γενομένου, διχόνοια τὸν λαὸν ἐκράτησεν· ἐστασίαζον οὖν πρὸς ἑαυτοὺς, οὐ διά τινα πίστιν ἢ αἵρεσιν, ἀλλὰ περὶ τοῦ μόνον τίς ὀφείλει τοῦ ἐπισκοπικοῦ θρόνου ἐγκρατὴς γενέσθαι· ἐντεῦθεν δὲ συμπληγάδες τῶν ὄχλων ἐγίνοντο· ὥστε καὶ ἐκ τῆς παρατριβῆς πολλοὺς ἀποθανεῖν, καὶ διὰ τοῦτο πολλοὺς λαϊκούς τε καὶ κληρικοὺς ὑπὸ τοῦ τότε ἐπάρχου μαξιμίνου τιμωριθῆναι, καὶ οὕτω τὸν τότε οὐρσῖνον παύσασθαι τῆς ἐπιχειρήσεως, καὶ κατασταλῆναι τοὺς βουληθέντας ἀκολουθῆσαι αὐτῷ.

Caput XXIX.

De Damaſo Romano Epiſcopo & Vrſino: & quomodo ſeditione Romæ propter illos facta, plurimi interfecti ſunt.

CUm Imperator Valentinianus in ſumma tranquillitate degeret, nulli ſectæ ac religioni moleſtiam exhibens, Romæ Damaſus poſt Liberium Epiſcopatus adminiſtrationem ſuſcepit. Sub quo Romanæ Eccleſiæ gravis orta eſt perturbatio, hujusmodi ex cauſa. Urſinus quidam ejusdem Eccleſiæ diaconus,
B cum de eligendo Epiſcopo ageretur, inter alios nominatus fuerat. Qui cum Damaſum ſibi prælatum videret, ægre ferens quòd ſpe ſuâ excidiſſet, ſeorſum ab Eccleſia conventus agere inſtituit: & obſcuris quibusdam Epiſcopis perſuaſit, ut ipſum in occulto ordinarent. Ordinatus eſt itaque, non in Eccleſia, ſed in ſecreto loco Baſilicæ quæ Sicinii vocatur. Quod factum maximam diſſenſionem inter cives excitavit. Diſſidebant autem non ob fidem aut propter aliquam hæreſin, ſed de hoc tantùm, uter illorum epiſcopalem ſedem obtinere deberet. Hinc crebra utrinque jurgia & con-
C flictus vulgi exſtitere, adeo ut ex ea concertatione plurimi interierint. Quam ob cauſam multi, tum clerici, tum laici, à Maximino tunc Præfecto urbis ſupplicio affecti ſunt. Atque ita tum Urſinus à conatu ſuo abſtinuit, tum, qui illius partes ſequebantur, penitus quieverunt.

Κεφ. λ'.

Περὶ τοῦ μεδιολάνων ἐπισκόπου αὐξεντίου τελευτήσαντος, καὶ στάσεως ἐπὶ τῇ ἐκλογῇ τοῦ μέλλοντος χειροτονηθῆναι γινομένης, ἀμβρόσιος ὁ τοῦ ἔθνους ἔπαρχος τὴν στάσιν μετὰ στρατιωτικῆς χειρὸς καταπαύων, ψήφῳ κοινῇ, καὶ αὐτοῦ τοῦ βασιλέως οὐαλεντινιανοῦ συναινέσαντος, πάντων προεκρίθη τῆς ἐκκλησίας πρόεδρος.

Ὑπὸ δὲ τὸν αὐτὸν χρόνον, καὶ ἕτερον μνήμης ἄξιον ἐν τῇ μεδιολάνῳ συνέβη γενέσθαι· τελευτήσαντος γὰρ τοῦ ἐν αὐτῇ ἐπισκόπου αὐξεντίου, ὃς ὑπὸ τῶν ἀρειανῶν κεχειροτόνητο, πάλιν οἱ ἐν τῇ μεδιολάνῳ περὶ ἐκλογῆς ἐπισκόπου ἐταράσσοντο· πολλή τε ἦν αὐτοῖς ἡ φιλονεικία, ἄλλων προβάλλεσθαι σπουδαζόντων· ὡς δὲ περὶ τούτου στάσις ἐγίνετο, εὐλαβηθεὶς ὁ τῆς ἐπαρχίας ἄρχων, τὸ ὑπατικὸν

Cap. XXX.

Quomodo poſt mortem Auxentii Mediolanenſis Epiſcopi, cum orta eſſet ſeditio ob electionem futuri Antiſtitis, Ambroſius Præſes Provinciæ
D *qui ad ſedandum tumultum cum militari manu perrexerat, communi omnium ſuffragio & ipſius Valentiniani Imp. conſenſu, Epiſcopus factus eſt.*

SUb idem tempus Mediolani aliud quiddam contigit memoratu digniſſimum. Mortuo enim Auxentio Eccleſiæ illius Epiſcopo qui ab Arianis fuerat ordinatus, iterum Mediolanenſes in eligendo Epiſcopo tumultuari cœpére: magnaque inter illos contentio excitata eſt, alius alium eligere ſtudentibus. Cumque ob id conflata eſſet ſeditio, Rector Provinciæ qui Conſularis